In reliquis autem omnibus, cujuscumque Conditionis existant ut C. X. a tantis occupationibus sublevetur. Capita ipsius Consilii tam presentia, quam futura quovis modo se impedire non possint.

Sed observantia Privilegiorum Civitatum, et Locorum nostrorum que devoluta erant ad Capita, et C. X. committantur, et vadant ad Cognitionem Officij Advocatorum, et a talia officio ordinata sicut requirent natura, et Conditiones eorum.

Capita vero C. X. tam presentia, quam futura ultra premissa aliqualiter se impedire non possint, nec ponere partem, nec quecumque agere contra hoc, sub pena cuilibet Ducatorum 1000. immediate exigenda per quemcumque ex Consiliariis sub debito sacramenti, que pena vadat in Cameram Consilii nostri: Et nihilominus quidquid actum esset contra hanc deliberationem nostram, sit nullius efficacie, vel vigoris. Et si Consiliarii forent quovis modo negligentes in exigendo penam predictam, Advocatores, Capita C. X., et unumquodque eorum, que in futurum succedent, et similiter quilibet Consiliariorum futurorum penam ipsam exigere teneantur, et ea, que essent contra hanc deliberationem nostram, auctoritate hujus Consilii revocentur.

1761. 28. 7bre.

Consegnata da Circospetto Michel-Angelo Sforini Segretario Legista.

Contro offendenti il Doge.

1471. die 13. 9bris. in M. C.

In Correctione Promissionis Sermi. Principis. L. Regina. C. 99.

In octavo Capitulo Promissionis DD. Ducis mentio fit de studio adhibendo per D. Ducem ad inquirendas offensiones, que contra Dominium nostrum fiunt, quod per hujusmodi additionem corrigatur.

Quod si D. Dux gravatum se sentiret sive lesum ab aliquo Cive pro verbis per ipsum Civem prolatis, aut altercando super aliquo Pub.co, vel Privato negotio, aut aliter, possint Consiliarii hujusmodi lesionem, seu offensionem committere Advocatoribus nostris, et non alii Magistratui, vel Cons.o Qui Advocatores predictum Civem accusatum, et commissum ad aliud

Consi-